


De devotione maiorum apud Romanos

Memoria maiorum¹ apud Romanos semper in summo honore erat. Cum enim maiores¹, ut auctores² antiqui saepe narrant, fortitudine³, modestia⁴, scientia⁵ iuris, auctoritate imperium Romanum paravissent et decus⁶ imperii auxissent⁷, cuncta genera populi Romani operam dabant⁸, ut memoriam facinorum⁹ maiorum iterum atque iterum excitarent.



Eine Patrizierfamilie opfert den Ahnen verschiedene Haustiere

- 5 Itaque patres familias¹⁰ imagines¹¹ vel capita virorum clarorum generis sui in atrio¹² collacaverunt¹³, ut tota familia illos viros spectare posset et facinora⁹ eorum semper in memoria teneret.

Eadem causa mos¹⁴ antiquus generum Romanorum erat, ut funus¹⁵ summa pietate¹⁶ celebrarent. In funere¹⁵ enim pater familias imagines maiorum cunctis incolis civitatis

- 10 monstrabat, ut et illis exemplum virtutis egregiae¹⁷ praeberet et generi suo summum decus⁶ pararet. Imprimis liberos semper admonebat, ut virtute sua maiores aequarent¹⁸ vel superarent.

Adnotationes

1 maiores, um - Vorfahren | **2 auctor, auctoris (m/f)** - Urheber, Anstifter | **3 fortitudo, fortitudinis (f)** - Tapferkeit, Unerschrockenheit | **4 modestia, ae (f)** - Bescheidenheit, Anstand | **5 scientia, ae (f)** - Kenntnis, Einsicht, Wissen | **6 decus, decoris (n)** - Schmuck, Würde, Stolz | **7 augere (augeo, auxi, auctum)** - vermehren, vergrößern | **8 operam dare** - (sich) Mühe geben | **9 facinus, facinoris (n)** - Tat, Handlung | **10 pater familias (= familiae)** - Familienoberhaupt | **11 imago, imaginis (f)** - (Ahnen-)Bild | **12 atrium, i (n)** - Atrium (Hauptraum des römischen Hauses) | **13 collocare (colloco, collocavi, collocatum)** - aufstellen | **14 mos, moris (m)** - Sitte, Brauch, Gewohnheit | **15 funus, funeris (n)** - Begräbnis, Leichenzug | **16 pietas, pietatis (f)** - Frömmigkeit, Ehrfurcht | **17 egregius, a, um** - außergewöhnlich | **18 aequare (aequo, aequavi, aequatum)** - gleichkommen, erreichen

Qui nihil scit,
omnia credere debet!

HK 2018/2019

